



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 30. Pacis conditiones Papam inter & populum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

petierunt, antiquæ inhærentes regiminis Sæcul. XV.
 formæ, antequam summa rerum cedere- A. C. 1404.
 tur Bonifacio. Econtra vero com-
 muni civitatis bono longe magis con-
 sultum esse affirmabant Guelfi, si Ec-
 clesia, exclusis Civibus, supremum te-
 neret regiminis clavum; quare potenti
 Ursinorum præsidio nixi summam urbis
 administrationem Pontifici, ac sacræ Se-
 di fartam testamque conservare omnibus
 viribus adlaborabant. Ex hac animo-
 rum dissensione exarsit bellum, cujus ta-
 men flammæ Ladislai Neapolitani Regis
 auctoritate, quem Gibellini in auxilium
 advocarunt, non nihil sopitæ fuerunt.

§. XXX.

*Pacis conditiones Papam inter &
populum.*

Innocentius decimo post electionem die
 inducias cum Romanis iniit, ac mutua Antonin. tit.
 inter eos conventionem sancitum est: 22. cap. 4. *Ut* Niem. cap.
*Senator urbis Romanæ per summum Pon- 43. n. 33.
tificem eligi, ac deputari debeat semper, &
possit, qui habeat omnimodam jurisdictio-
nem, præterquam in factis & negotiis
præfecti Pontificis & Ecclesiæ, ac crimi-
na læsæ Majestatis concernentibus: de ce-
tero eligantur septem Officiales Urbis Ro-
manæ, qui nominentur Governatores almæ
 C 5 *Urbis,**

Sæcul. XV. A.C. 1404. *Urbis, quique ad præsens in dicti Pontificis præsentia eligi debeant, & in ejus manibus præstare juramentum, deinceps vero in præsentia Senatoris: officium eorum duret spatium duorum mensium: habeant facultatem duntaxat exigendi, & expendendi Reipublicæ Romanæ proventus, de aliis quibuscunque causis omni jurisdictione ipsi interdicta. Denique nec populus Romanus, nec Officiales quemcunque cum aliquo numero armatorum, aut aliquos nuncios Antipapæ, vel ei adhaerentium in urbem recipere, admittere, vel audire possint. Pax quidem hisce conditionibus firmata reddiit, sed haud diu admodum perduravit; nam Ladislaus Romanam urbem in suam potestatem redigere intentus, unice eo sua convertit studia, ut dissensionis flammam, quas extinguere sese simulabat, eo vehementius accenderet.*

§. XXXI.

Ladislaus ab Innocentio in possessione Regni Neapolis confirmatus.

Decret. Innoc. pro Ladisl. apud Raynald.

Neo-electus Pontifex non minus Regis hujus potentiam veritus, quam in ejus amicitia plurimum præsidii collocans, in illius favorem authenticum confecit instrumentum, vi cujus sane de pace Ecclesiæ reddenda conclamatum esse crede-